



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

LXVII. Ablaßbrief des Bischofs Albert von Halberstadt für die Peterskirche zu Stendal, vom 6. Mai 1306.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

LXVII. Ablassbrief des Bischofs Albert von Halberstadt für die Peterkirche zu Stendal,
vom 6. Mai 1306.

Albertvs, Dei gracia Halberstadenſis Eccleſie epifcopus, uniuersis preſentes viſoris ſeu auditoris ſalutem in filio virginis glorioſe. Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ante tribunal Chriſti ſtabimus, reddituri de ſingulis rationem, prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit ſive malum; diem meſſionis extreme oportet nos miſericordie operibus prevenire nunc in terris ſeminando, que miſerante Domino pro eterne ſalutis breuio fructu cum multiplici recolligere valeamus. Igitur nos eccleſiam beati Petri Apoſtoli intra ciuitatem Stendal pio complectentes affectu atque volentes deuotionis Zelo populam Dominicum in Domino plus feruere, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui illic in natiuitatis Domini, Paſche, pentecoſtes et in quatuor beate Marie Virginis feſtiuitatibus, nec non in Apoſtolorum et dedicationis altaris beati Petri in eadem eccleſia diebus cum deuotione debita oraturi acceſſerint, ſuaſque ad ſtructuram eccleſie ejuſdem manus porrexerint adiutrices, de omnipotentis Dei clementia et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum ejus meritis confiſſi quadraginta dies et unam carenam de inuncta iſtis penitentia in Domino relaxamus, ratas habentes et gratas omnes indulgentias eidem eccleſie ante ejuſdem tranſlationem extra ciuitatis predictae muros a venerabilibus patribus noſtris predeceſſoribus Epifcopis nec non aliis Archiepiſcopis et epifcopis conſeſſas preſentibus in nomine Domini confirmamus. Datum Stendal, Anno Domini MCCCVI, Pridie Nonar. May, Pontificatus noſtri anno tertio.

Nach Beckmann's Beſchreibung a. a. D., Sp. 86. Lenz Br. Urk. S. 175.

LXVIII. Markgraf Hermann beſtätigt die Rechte Stendal's für den Fall, daß die Stadt
künftig in ſeinen Beſitz kommen ſollte, am 24. November 1306.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis Amen. Hermannus, dei gratia Marchio Brandenburgienſis et de Henneberge, omnibus preſentes literas viſuris ſeu etiam auditoris ſalutem in omnium ſaluatore. Quum ingrata mater erroris obliuio geſta fidelium crebro diluit et annulat, niſi fuerint linguis teſtium vel ſcripturarum beneficiis perhennata; Inde eſt quod ad notitiam tam modernorum quam futurorum peruenire cupimus preſentibus publice proſitentes, Nos Burgenſibus ciuitatis Stendale uniuersis firmiſſime promiſſiſſe, quod ſi jam dicta ciuitas Stendale fortaiſis ſub noſtro dominio redacta ad nos quomodolibet deuolueretur temporibus aſſuturis, quod uniuersas libertates, quas a cariffimis patribus noſtris, videlicet Ottone, Conrado, Johanne, Waldemaro atque eorum progenitoribus Marchionibus Brandenburgienſibus ſunt adepti, eidem Burgenſibus Stendalienſibus ac poſteris eorundem ſecundum formam priuilegiorum ſuorum, Nos noſtrique ſucceſſores per omnia taliter conſeruare ac tenere perpetuo debeamus atque gratanter velimus eaſdem libertates preſentibus confirmando, utpote noſtri patris predicti iſtis burgenſibus ſuis in literis promiſerunt, quas quidem memorati Burgenſes ſuis litteris et priuilegiis poterunt demonſtrare. Nos quoque aut noſtri ſucceſſoris uniuersis ſepredictos burgenſes Stendalienſes atque eorum ſuc-